
PRAE

FATIO. D. RICHAR=
di Paceí in Eccleſiaſten re
cognitum ad Hebraí=
cam ueritatem, et
collatum cū
tranſla=
tiōe. lxx. interpretum et ma=
niſeſta explicatione cau=
ſarum erroris ubí=
cūq; incidit.



RICHARDVS PACAEVS ERVDITIS ET PIIS LECTORIBVS, S. P. D.



VVM NVPER AD sacrarum literarum lectionem, postpositis omnibus alijs studijs, totũ me conuertissem: inueni in latinis codicibus ueteris testamenti nonnulla adeo intricata et obscura, ut uix umbram ullam recti et boni sensus haberẽt. Quale est illud. ix. ca. Iob. Dies mei pertransierũt quasi naues poma portantes. Pro quo est in Hebręo. Dies mei transierũt cum nauibus predæ uel uoluntatis, i. cum nauibus ad predam festinantibus, uel merces sibi gratas quesituris: Quorum omnium certam explanationem et indubitatam ueritatem, non aliunde querendam existimaui: q̃ apud illos. lxx. celebres ueteris legis, ex Hebraica in Græcam linguam interpretes: quibus nonnulli maiores nostri tantum tribuerũt: ut nihil ab eis translatum putarẽt, quod spũs sanctus non dictasset. Ad hos igitur festi-

naui non aliter q̄ ceruus ad fontes aquarum iuxta ꝓphetam, tanq̄ ſynceræ ueritatis puriſſimos fontes: Et contuli illorum tranſlationem cū latina: et reperi oia longe perplexiora et maioribus tenebris inuoluta q̄ habētur latine: partim propter phraſim illorum a grẹca (cuius linguæ non ſum omnino imperitus) longe remotiſſimam: partim propter corruptionem codicis quem typographicis formulis excuſū habemus. Quūq; haud mediocri animi anguſtia hæc res me premeret: aliud remedium huic malo, nullum excogitare potui: q̄ ſi haurirem aliquid ex illo fonte, vnde. lxx. trāſlatio emanauit, hoc eſt lingua Hebraica. Bono et honeſto deliderio, deus (ſicuti ſolet) fauit. Nam interea dum hæc apud me cogitarem: huc aduenit. D. Robertus VVakfeldus hebraicę linguę ſupraq̄ dici poteſt ꝓtus. Is ad me erudiēdum oēm operam ſuam ultro obtulit: et ut currentem (quod dicūt) incitaret: depinxit mihi miram facilitatem huius linguæ diſcendę: nihil tamen pollicitus eſt: quod non fideliſſime preſtitit: adeo ut inter paucos dies, illos odioſos grāmatices ſcopulos ſatis faciliter pertranſirem, et ad altiora aſcēderem in quibus intra menſem tantum profeci, ut ſcirem conferre. lxx. interpretū tranſla

tum translationem, et nostram, cum hebraica ue
ritate, et discernere omnem quæ inter eas est
διαφωνίαν et dissonantiam, necnon manifestissi
mas errorū causas deprehendere. Quumq; hos
uiderem infinitos, etiam in paucis libris, necessa
riū simul et piū esse duxi, id manifestare eruditis:
eisq; insignem ueritatis inquirendæ occasionem
prebere, quam per quorūdam ignorātiam, tene=
bris inuolutam immo etiā deturpatam, ad oīm
ecclesiasticorum officiū, ex tenebris eruere atq;
emēndare pertinet. Sumpsi igitur in manus ec=
clesiasten cuius autor κατ᾽ ἐξοχὴν sapiens appel=
latur: Atq; ut is pure intelligatur sicut hebrai=
ce scriptus fuit, Hoc ordine ad ueritatem expli=
candam utor. Primo pono quę habentur in no=
stra translatiōe: deinde uerba. lxx. interpretum,
postremo hebraica. Et ea quæ dicunt. lxx. grę=
ce, interpretor ad uerbum, sicut et hebraica: ut
unusquisq; intellectis uerbis, possit colligere sen
sum: et manifeste uidere. lxx. interpretes omnia
hebraica ad uerbum ferme transtulisse, exceptis
his quæ non intellexerunt, et usos esse per totā
scripturam idiomate hebręo, a græco et latino
longissime in q̄plurimis remoto. Et quia talia
idiomata non possunt percipi nisi ab his qui he=

braice ſunt periti: illa declaro: quandocunq; ſe offert occaſio: ut oēs poſſint intelligere, quicqd obſcurum eſt in ueteri lege, id proueniſſe ex. lxx tranſlatione: qui maluerunt uim inferre linguæ græcę q̄ ſuę linguę phraſim omittere: id quod apoſtoli ſimul et euangeliſtæ in nouo etiam teſtamento fecerunt. Et quoniam parum delectabile erit audire. lxx. interpretationem et hebraica ad uerbum reddita: te queſo lector ut id boni conſulas: ſciasq; ab hebraica lingua nullam penitus humanam eloquentiam expectandam: ſed fructum tantūmodo ueritatis, abſq; ullo eloquentię picturatę ſuco, qualem decebat ab ore ipſius deiprodire, colligendum eſſe. Preterea moneo in omnbus locis ubi tranſlatio. lxx. eſt per ſcriptores et formularios corrupta, et omnia quę reſtitui poſſunt, ad ueritatem hebraicam ita reſtituo: ut nemo græce eruditus negare poſſit: quin ita legenduꝫ ſit, ſicut ego legendum demonſtro. Hoc idem facturus per totam ueterem ſcripturam: ſi deus uitam ſuppeditabit: Et illud nobis debebunt, qui. lxx. tantum uenerantur: q̄ diligentia et labore noſtro illos incorruptos habebūt: Ad hęc, ubiq;. lxx. tranſlationem, ubi cum aliqua ratione defendi poteſt, fi-

Phraſis noui teſtamēti hebraica eſt.

delisſi.

deliſſime defendo: tantum tribuens illius rei ue-
tuſtati et illis ſanctis patribus: qui eos mirum
inmodum uenerati ſunt: quantum tribuere de-
cet. Verumtamen opinor non defuturos, qui me
maxima temeritate condemnabunt: ꝙ audeam
uel hiſcere aduerſus eos, nedum erraſſe oſtende-
re: quos tam multi, tanto conſenſu nihil preter
ueritatem a ſpiritu ſancto traditam in ore ha-
buiſſe contenderūt: Quamobrem primū tollam
eis ſpiritum ſanctum: deinde contendam cū illis
humano more, apertis rationibus, et ſcripturæ
autoritate, et in aliquibus ſuo ipſos confodiam
gladio. Dico igitur neminem unq̄ potuiſſe recte
iudicare de. lxx. tranſlatione, niſi trium lingua-
rum hebraicę, greçæ, et latinę bene eſſet peritus.
Et clarius eſt q̄ ut indigeat demonſtratione: ne-
minem ex his qui ſpiritū ſanctum. lxx. tribue-
runt: has uel mediocriter calluiſſe. At græcus
aliquis hebraice ſciens, potuiſſet (fateor) hoc
preſtare. Sed illi non modo non nouerūt linguā
hebraicam: uerū etiam una cum omnibus aliis
contempſerunt pre ſua tanq̄ eloquentiſſima ſi-
mul et copioſiſſima, excepto ſolo Origene: qui
ſenex iam contra conſuetudinem ſuę gentis, ut
diuus Hierony. teſtatur, cœpit diſcere hebraice

dequo

de quo mox plura. Deinde nemo tam iniquus iudex mihi erit, quin illud libens mihi sit conceſſurus: q; ſi. lxx. interpretes uere ſpiritū ſanctū habuiſſent, nec potuiſſent, nec uoluiſſent aliquo in loco ſcripturę, ab euangeliſtis qui indubitato ſpiritu dei pleni fuerunt, diſſentire: preſertim in his quæ maxime fidei noſtræ ſacramentum tangunt, quale eſt Chriſti natiuitas uel incarnatio. Hoc autem. lxx. apertiſſime faciunt in eo loco, quo Mat. Apl'us dicit, Vocaui filium meum ex Aegypto, hæc ad Chriſtū referens. Nam ibi lxx. ponunt. Iſrael dilectus meus uocaui illum ex Aegipto, nihil referentes prophetice ad Chriſtum, ſed ad populum Iſraeliticū: tollunt itaq; penitus myſterium de Chriſto ut ſeruent fidem ſuę hiſtoriæ, qua conſtat populum Iſraeliticum a ſeruitute ægyptiaca, magna dei potentia fuiſſe liberatum, idq; faciunt (quod precipue notandum eſt) corrumpentes ſcripturam hebraicam. Nam in hebręo ita legitur apertiſſime ſicut continetur in euangelio Mat. et hic locus maxime facit contra illos qui malunt contendere ſcripturam Hebraicam eſſe corruptam, q̄. lxx. in ea interpretanda, aliquid erraſſe. Quum manifeſtiſſimum ſit a nullo unq̄ Iudeorum eam euidentius

corru-

corruptam fuisse q̃ ab istis.lxx. Sane quum hoc ita transferrent, uel nouerunt mysterium, uel ignorarunt: si ignorarũt, spiritum sanctum non habuerunt: si nouerunt et prodere noluerunt, et consentire cum euange. hic spiritus diabolicus potius fuit q̃ sanctus, et ut Hierony. uerbis utar, sacrilegium fuit manifestum. Et hæc ratio tollet penitus friuolam illorum sentẽtiam, qui scriptum reliquerũt.lxx.nihil hebraicę ueritati addidisse, nisi ex spiritu sancto. Est.n.aliud corrũpere scripturam (ut ante ostendi) et aliud prophetare. Qz autem ad suam opinionem cõfirmandam producũt illud, q̃ Origenes, quum castigaret uetus testamẽtum ad hebraicam uetatem, nihil detraxisse ex libris.lxx. sed asteriscis quæ addita fuerunt tantum notasse. Hoc parũ aut nihil ad rem facit. Tantum.n.indicat Origenis modestiam, qui in alienis operibus nolebat nimis curiosus uideri. Vel si quis hoc maligne interpretari uult, poterat relinquere.lxx.translationem integram, ut erat edita, ut illius, cũ aliorum translatione collata, errores manifesti fierent lectoribus. Nam Origenes non fuit ex his qui spiritu sancto.lxx. impleuerunt, ut pote a quibus aperte dissentiat. Nam in Psal. in quo

ſcribit a. lxx. Attollite portas principes ueſtras, Origenes dicit, hoc non ad principes dictum, ſed ad portas, ſicut eſt in hebręo. Mandatur, n. portis ut erigant capita ſua (pro quibus. lxx. poluerũt principes) et ſe ipſas intranti Chriſto victori aperiant. Prętereà ſi uoluiſſet Origenes aliquid tale tentare, ut oſtenderet diſſonantiam. lxx. ab hebraica ueritate per totam ſcripturam. Scitote id non eſſe unius hominis prętertim Origenis, quem conſtat non prius didiciſſe linguam hebraicam, q̃ quum ſenio iam eſſet confectus. Et quod plus eſt, nunq̃ tantum hebraice ſciuit, ut apparet ex his quæ reliquit eruditionis ſuę monumẽtis, ut poſſet, etiam ſi uoluiſſet hoc efficere. Cæterum q̃ ſtudioſus fuerit Origenes hebraicæ ueritatis defendendæ, cum ex illis, quæ diuus Hierony. refert ca. vj. Eſa. tum hinc maniſteſtiſſime apparet: q̃ in. vij. cap. Eſa. defendat id quod ſcriptum eſt in propheta hebraice contra illud, quod ſcribitur in euangeliſta, Mat. grece et latine, in illo loco. Ecce uirgo concipiet et pariet filium, et uocabitur nomen eius emanuel. Ibi. n. dicit illud uocabitur, uel ſicut nunc legitur uocabunt, corrupte ſcriptum eſſe ab aliquo imperito, et omnino legẽdum eſſe uocabis:

et refe-

et referendum esse ad domum Dauid. Et procul dubio ita est ut scribit Origenes. Nam nec uocabunt numero plurali, nec uocabitur passiue legi potest in hebreo, sed uocabis ut dicit ille, ut referatur ad domū Dauid, uel uocabit, ut referatur ad uirginem, qui sensus iuxta proprietatem linguę hebraice est germanior, etiam si. lxx. cōsentiunt cū Origene, ponentes grece καλέσεις. i. uocabis. Quod etiam Lyra noster notat nescio a quo doctus, sicut et Hierony. de optimo genere interpretandi. Sane nequeo satis mirari illos qui uolunt omnia quæ addiderūt. lxx. ex spiritu sancto addita fuisse. Nam ut dem aliqua ab eis addita, posse defendi. Sunt econtrario multa, quæ nulla nitūtur ratione, et uix sensu cōmuni quale est illud. vj. capi. Iob. Mala uiri ueri uerba, ubi nec rithmus nec sensus bene sonat. Nam quicunq; uerus est, is deum in se manentem habet. Quomodo igitur fieri potest, ut huius uerba uel facta non sint uera. Vnde sequitur in ca. viij. Si purus es et uerus, deprecationem tuam audiet deus. Quum igitur satis constet. lxx. errasse, quod apertius in subsequentibus faciam, non immerito patres nostri receperunt translationes æditas post illos ab Aquila, Symmacho

et Theodotiõe, nec receperunt tantũ, ſed etiam ut diuus Hieronymus refert, eccleſiæ dedicarũt, et ſecuti ſunt. Et quod plus eſt, tranſlationem lxx. in Danielem prophetam, eccleſia uetus non legit, ſed ea excluſa, Theodotionis uſi ſunt. Hoc autem nunq̃ feciſſent, ſi tranſlationem. lxx. utq; quaq; adeo perfectam credidiſſent, ut nemo aliunde poſſet uel deberet, ueritatem ſcripturę quęrere. Vnde diuus Hierony. centies citans Symmachum et Aquilam, eos prefert. lxx. ſicut Origenes quoq; interdum Aquilam. Qui utinam cũ reliquis nũc extarent, quorum labore, et diligentia factum eſt, ut uetus ſcriptura, longe eſſet clarior, q̃ nunc eſt, etiam ſi in illis non defuerunt errores, ut manifeſtiſſime patet ex his quę citat diuus Hierony. Symmacho. n. hoc fuit conſuetum, ut quoties parum probe uerba perciperet hebraica, confugeret ad aliquem myſticum ſenſum reddendum. Admiſit etiã eccleſia diui Hierony. tranſlationem, quam cum magna noſtra iactura deſideramus. Nam q hæc quę eius noie circumfertur ipſius non ſit, multis euidentiſſimis argumentis probari poteſt, niſi ſi quis ita dicat eſſe ipſius, ut fateatur multis in locis ab illius aduerſarijs fuiſſe ualde corruptã, excipio

tamen

tamem Eccleſiaſten in quem ſcribit commenta-
ria, qui ꝓculdubio ipſius eſt, et hæc eſt illa ꝑdi-
tio, quam ego in hoc opuſculo alteram uoco
ꝑditionem latinam. Sed dixerit quiſpiam, unde
hoc, ꝙ tu, qui tribus dumtaxat diebus linguæ
hebraicę uacaſti, cōſtituis te omnium iudicem,
tot notas erroris, et tanta polliceris. Audi ueri-
tatem. Equidem iudicem me non conſtituo, ſed
cauſam diuinę ueritatis ante æquos iudices ago,
optimum et diligētiſſimum habui preceptorem,
ſummam adhibui diligentiā ut diſcerem, iucū-
diſſimus mihi labor fuit inquiſitio ueritatis in
ſacra ſcriptura, in qua nihil non uerum eſt, etiā
ſi ſeptuageſies ſepties, a. lxx. corrumpatur.
Prꝑterea aliorum errores reddiderūt me perſpi-
cacem, et docuerunt cautiſſime omnia agere, ne
in idem errandi periculum inciderem. Poſtremo
ἡ ἀλήθια αὐτὴ ἑαυτὴν αὐλήσει. i. ueritas ſe ipſam
canet et celebrabit. Qꝛ ſi ueritatem dicam, quis
(ut ait ſaluator) arguet me de peccato. Te igitur
pie lector hoc ſolum rogare uelim, ut poſtpoſi-
to omni affectu, ueritatem ſolam intuearis, et ſi
quid labor noſter tibi ad eam eruendam (quod
futurum ſpero) contulerit, id uelis ſequi, et ali-
quid ꝑdere de tuo, quo citius ſcripturę ueritas in

quibus est corrupta, aperiatur, et prodeat in lucem. Quomodo autem corrupta sit, multis exemplis indicauimus in homilia quã iampridem scripsimus de eo, q̃ nullum mysteriũ in scriptura possit construi, nisi fundet supra simplicem literã bene intellectam et de litera legis et euangelico mysterio. Quæ ut apertius explicaremus delegimus hæc quatuor uerba explananda, uidelicet, Passio domini Iesu Christi, et captãtes occasionem ex nomine Iesu incidimus oportune in .lxx. translationem, in qua multa notamus (ut uidebis) quibus nemo potest repugnare. Hanc igitur homiliam (cui titulus est Passio dñi Iesu Christi) tanq̃ instituto nostro accomodatissimam, subijtio. Si quis fortasse uolet dicere secundum aliquorum sententiam. lxx. interpretes, nihil prẽter legem Mosaicam, in ueteri lege transtulisse, is ab infinitis erroribus illos uindicabit. Sed nec Orige. nec diuus Hierony. q̃uis illius mentionem faciat, hanc seq̃tur opinionem. Et qui hac ratiõe illud probare conantur, q̃. lxx. diligentius et uerius transtulerunt quinq̃ libros Moysaicos, q̃ reliquos debili certe incumbunt parieti. Nam eadem per totam scripturam est farina. Idem modus explicandæ ueritatis, eadem

phrasis,

phraſis, eedem deniq; errorum cauſæ, ut clarum ſit utramq; linguam, Græcam et Hebraicã ſcientibus, et quinq; libros Moyſaicos, et prophetícos omnes ex eodem fonte emanaſſe. Sed iam ad homíliam.

ANTEq̃ aggrediar paſſionis Chriſti, ſeruatoris noſtri myſteria, aliquid dicẽdum cenſeo, de ſimplicibus horum uerborum ſignificationibus: ut ab imis quaſi per gradus aſcendamus ad altiora, et ut fundamento bene iacto ſtabilius ędificium ſuperſtruamus. Nam longe ab iſtorũ opinione diſſentio, qui putant abſq; ſimplicis literę (ut ipſi uocant) intelligentia, ad myſticum ſenſum poſſe peruenirí, illa uidelicet nixi autoritate, ꝙ litera occidat, ſpiritus uero uiuificet: quũ nulla lĩra (mea quidem ſententia) occidat, niſi quę ꝑuerſe intelligatur, et uiolẽter trahaẗ, ad id qđ eſt a ſenſu autoris dei alieniſſimũ. Verbi gĩa. Phariſęi opa bona, quę mãdauerat deus in ueteri teſtamento, traxerũt ad mœras et inanes ceremonias. Nam quum deus dediſſet mandata legis per Moyſen, ad extremum intulit, ligabis ea in manu tua, et erunt immota ante oculos tuos, quorum uerborum hic eſt ſenſus. Præcepta mea ſint in manu tua, ut ope-

re com-

re compleantur, ſint ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis, hoc Phariſæi male interpretantes ſcribebant in membranis decalogum Moyſi .i. decem præcepta legis, complicãtes ea et ligãtes in fronte, et quaſi coronam capiti ſuo faciẽtes ut ſemper ante oculos mouerẽtur. Hic ergo litera occidebat, quia corrumpebant ſenſum dei, ſed ſi litera recte intelligatur longe aliter eueniet, et miram cohærentiam inter myſticum euangelium et literam legis uidebimus, quod ſic probo. Legimus in ueteri lege magos Pharaonis, quum Moyſes et Aaron, ædirent ante ipſos miracula, operante deo, dixiſſe. Vere digitus dei eſt hic. Legimus et in euangelio Chriſtum dixiſſe. Ego in digito dei eijtio dæmonia. Quid igitur aliud potes hic in lege ueteri et noua per digitum dei intelligere, q̃ ſpiritum ſanctum et potentiam dei, ſicut et diuus Baſilius interpretatur, unus ex præcipuis poſt apoſtolos eccleſię magiſtris. Præterea mandauit deus in lege ueteri, ut immolarẽtur animalia et uictimę, non typice tãtũ et figuraliter (ut tu fortaſſe ſentis) ſed uere, et iuxta ſimplicem literam, ut uidelicet nos pederentim, ab imis ad ſumma .i. a carnalibus ad ſpiritualia perduceret,

ceret, ſicut doctiſſimus quiſq; Chriſtianorum interpretatur. Atqui niſi conferamus immolationem ueterem cum noua, magnam uim ſui demonſtrandi noua plane amittet. Nam ex comparatione, dignitas rei longe magis elucescit, hoc modo ad placãdum deum, immolatus fuit in lege, agnus immaculatus, ab his qui iuſtiores erant uocatus hoſtia pacifica, et Chriſtus quo nihil immaculatius in noua ꝑ iuſtis. Item immolatus fuit in lege ueteri hœdus, animal fedius. Sed et hunc repreſentauit Chriſtus in immolatione ſui, quippe qui non ſolum pro iuſtis, ſed et ꝑ peccatoribus, immo magis pro peccatoribus mori uoluit. Iob denicꝫ cap. xxij. manifeſte exprimit illa quæ ſunt ſcripta a Chriſto, quum in hunc modum reprehendit impiũ. Aquam laſſo non dediſti, et eſurienti ſubtraxiſti panem, uiduas dimiſiſti uacuas, et lacertos pupillorum cõminuiſti. Item, xxiiij. ca. dedit inquit ei deus locum pœnitentiæ, et ille abutitur eo in ſuperbiam. Non dices (ut opinor) literam in his occidere, niſi una et eadem opera tollere uis et literam euangelicam, quę huic conſonat. Eſt ergo ex his clarum uel cæco, talem inter myſterium Euangelicum, et literam

legis bene intellectam, cohęrentiam esse, ut alterum ab altero seperari non possit, his dumtaxat exceptis, quę Christus adiecit legi, nihil inde tollens. Sciebat.n.non cõuenire filio ea tollere, quæ constituta fuerant a patre: sed ut implerentur ea, fuit uoluntas patris. Sed uideamus iam quomodo et euangelicum perit mysterium, nisi super literam ædificetur. Christus in euangelio docet oculos, manus, et pedes p̃ ijciendos esse, si nos scandalizent, per quæ uerba diuus Hierony. dicit mystice significari, illos qui nobis sunt cõiunctissimi sanguine, pro Christo reijciendos et contemnendos esse. At unde potuisset hoc colligere mysteriũ, nisi Christus parabolice suo more id significasset p̃ mẽbra corporis nostri nobis charissima, quia maxime necessaria, unde deniq; potuisset docere Origenes, non minus mysterium immo fortasse altius, dicens, oculum in ecclesia episcopum, et sacerdotem intelligi, qui respicere debent ad salutem omnium: manum uero diaconum, quia minister est, pedem autem populũ. et omneis reijciendos esse, si non recte se gerant in fide. Quæ quum ita sint, nunq̃ litera est reijcienda, sed potius pro fundamento habẽda, sup̃ quod

præclara

præclara myſteriorum ędificia ſtruamus (quoties locus datur in ſcriptura myſterio) Sũt.n. infinita in ſacris libris, quæ ſi trahantur ad myſteria occidunt potius q̃ ędificant. Quale eſt illud, Ecce uirgo concipiet et pariet filium, et uocabitur nomen eius emanuel. Quidam.n. cuius meminit diuus Hierony. uolens hunc locum myſtice interpretari, uirgo inquit anima eſt, nulla peccati conſcientia corrupta: hæc autem poteſt emanuel nobiſcũ deum.i. prędentem dei ſermonem generare: hoc myſteriũ quum diuus Hierony. audiret, nos inquit elixas agni carnes nõ commedimus, uerum aſſas: et quę in nobis poſſint omnes uoluptatum ſiccare pituitas, ne ſacramentum fidei noſtræ, dum plus ſapimus q̃ oportet ſapere, deſtruamus. Eſt in q̃ profundamento habẽda litera, niſi ſi quis ita deſipiat ut putet prima rudimenta, et alphabeticas literas reijtiendas eſſe, quo citius perueniat ad ſtudia philoſophiæ. At hic audio mihi obijci a patrono myſteriorum et extirpatore litere, legem frequenter uocari a ſanctis patribus, modo typũ modo figuram. fateor hoc ueriſſimum eſſe, adijtiam et illud, q̃ et umbra uocatur: uerumtamen hæc longe minus tollũt dignitatem legis,

q̃ uulgus imperitorum ſentit. Nam quũ typos
greca dictio, forma ſit alicuius rei, et eadem lati
ne uocetur figura, uideamus qualium rerum in
lege ſunt typi et figure. Diuus igitur Hierony.
Origines, et alij omnes ſancti patres in hoc cõ
ſentiunt ut affirment illum beatiſſimum uirum
Iob, typum et figuram eſſe Chriſti, cum prop-
ter alias excellentiſſimas uirtutes, tum preci-
pue propter patientiam, qua diabolo conſtan-
tiſſime reſtitit. Quid igitut dices de hoc typo,
et figura, nõne eſt forma et repreſentatio ipſius
dei? et ob id tanti nobis eſtimanda, quanti Chri
ſti diuinitas eſt colẽda. Qz autem ad umbram
attinet, eo modo lex eſt umbra, quo Salomon.
in. vij. ca. eccle. dicit ſapientiam eſſe umbram. i.
protectricem aduerſus omnes ſtultitię ineptias
ſicut igitnr ſapientia umbra eſt nobis. i. prote-
ctio aduerſus ſtultitiam, ita lex umbra et pro-
tectio nobis eſt, aduerſus irrumptiones diaboli
trahentes nos in peccatum, quod lege, autore
deo eſt uetitum et prohibitum. Et in eadem ſi-
gnificatione legimus umbram. iiij. ca. Thren.
Hieremie. quum ait Chriſtus dominus captus
eſt in peccatis noſtris, cui diximus in umbra
tua uiuemus in gentibus, et Dauid pſal. lvj. In

umbta

umbra alarum tuarum ſperabo. Conſentiamus igitur cum illis antiquiſſimis patribus noſtris qui unum deum et legis et euangelij eſſe tradiderunt, et tria ex æquo eſſe colenda, ſcilicet legem, prophetas et apoſtolos, nec ſeperemus ea, quæ neceſſario coniungenda ſunt, qua igitur re inquis, differt euangelium a lege, ſola profecto gloria, quam Chriſtus aduentu ſuo legi detraxit. Nam ante Chriſtum, lex erat ſola, nec parem habens nec ſuperiorem. Chriſtus uero ſuo euangelio adiecit legi, ea quę ipſi defuerũt et imperfectam conſummauit, et hoc eſt quod ipſe dicit. Non ueni tollere legem, ſed adimplere. ſed ad rem. Paſſio ut latini tradunt, idem ſignificat quod apud græcos πάθοσ et a patiendo dicit ſicut πάθοσ a πάσχω Sunt autẽ πάθη .i. paſſiones, motus animi diuerſi, etiã inter ſe contrarij. quales ſunt dolor, gaudium, amor, odium, ira, miſericordia, et id genus reliqua, de quibus diligenter tractant oratores, quorum artis precipua pars eſt, bene mouere affectus, et iudices ad amorem, uel odiũ, uel iram uel miſericordiam cõmouere. Vnde huiuſmodi paſſiones, affectus (autore Quinti) uocant, ſecundum hanc paſſionem, Chriſtus minime

passus est. Nullus. n. unq̃ fuit, tam Demosthenicus Ciceronianus ue orator, qui eum uel trãsuersũ unguẽ a recto potuerit cõmouere. Philosophi uero dicũt, oẽs motus animi nĩi non obtemperantes rationi πάθη. i. passiones dici. hoc est, perturbationes uel morbos animi, secundũ Ciceronem in. iij. Thusc. Quęs. sic scribentem. Quæ græci appellant πάθη ego poteram morbos, et id esset uerbum de uerbo si in consuetudinem nostram caderet. Nam inuidere, gestire, misereri, lętari, hęc omnia græci morbos appellant, motus animi rationi non obtemperãtes. Nos autem hos eosdem motus concitati animi recte (ut opinor) perturbationes dixerimus, morbos autem non satis usitate. Diuus Hieronymus quoq; (hunc secutus) in Esaiam et Danielem, scribit πάθη melius in perturbationes, q̃ in passiones transferri. At nec secũdum huiusmodi passionem, passus est Christus. Est. n. absurdum, ne dicam impium, dicere motum animi a ratione alienum, in eum cadere posse, qui ipsa ratio sit, et purus ab omni peccato, qđ huiuscemodi motuum fomes est. Restat igitur ut dicamus Christum, secundum hanc uulgatam et pœnalem passionem passum esse, qua

cruci

cruci affixus fuit, et crudelissime simul et ignominiosissime occisus. Intellecta ex his passionis specie, uideamus quis passus sit. Sequitur dominus noster. Nomen dei ineffabile esse, cū ratio demonstrat, tum ipsius dei autoritas, (ut omittam sapientissimorum Hebræorum super ea re traditiones, a doctissimis Christianorum uehementer probatas) Nam quantum ad rationem pertinet, quid potest esse euidentius, q̄ nullum certum nomen ei posse imponi, cuius essentia nemini mortalium certa et cognita esse potest, sicut Theologus Nazanzenus luculentissime explicat in libro suo de Theologia. Et hoc est quod deus ipse significat i Exodo. quum Moysi cupienti uidere ipsius gloriam, posteriora tantummodo sua spectanda ei exhibuit. Item alibi in eodem libro cap. vj. nomen meum inquit, Adonai non manifestaui illis, pro Adonai in hebrẽo habeť יהוה Iohouah .i. nomen dei iuxta diuinam essentiam, et hoc est illud ineffabile et uenerabile nomen hebræis, græcis dictum τετραγράμματον, quod hebrei pronuntiare nefas ducunt: sed semper loco eius proferunt Adonai. Et hinc accidit ut in Biblio nostro pro יהוה poneretur Adonai. Hoc quo

que

que eſt quod legimus in hiſtoriſs, Pompeium magnum dixiſſe, ſe nullum deum in templo iudæorum Hieroſolymis uidiſſe, ſed iudæos deum quendam ἀνάνυμον .i. ſine nomine colere. Quod ſi nomen dei exprimi non poteſt, cur inquis, Chriſtus qui deus eſt, dominus nominatur? Audi huius quęſtionis ſolutionem, quum longe excedit captum ingenij noſtri, pertingere ad ipſam diuinam eſſentiam, et pauciſſimis datum eſt, immo nullis, niſi Moyſi ſimilibus, uidere poſteriora dei, id agimus, ut q̃ propinquiſſime poſſimus, illuc accedamus, affingentes nomina deo, quæ maxime ei conuenire exiſtimamus, tametſi ad tantam maieſtatem exprimendam, non ſint ulla ex parte idonea, quale eſt hoc nomen dominus, quo etiã magnates mundi honoramus, et id nimis ſæpe, quippe quum ex ipſa ſcriptura probare poſſimus, hoc nomen deo magis q̃ hominibus conuenire. Dicit enim deus in lege ueteri frequenter, modo Moyſi, modo populo Iſraelitico. Ego dominus deus tuus, hoc nomen meũ eſt, et dñs nomẽ illi. Vnde manifeſtũ eſt (qđ et diuus Nazãzenus notat) Dominus et deus nomina eſſe relatiua. Sed hic fortaſſe dixerit quiſpiam diſſẽtis amice, a te ipſo,

ipso. Ante dixisti deum nullum habere nomen. Hic uero probasti ex uerbis ipsius dei, Dominum esse nomen illi, quod et ego recipio, tanq̃ recte dictum, ut pote scriptura comprobatum. At ausculta paucis. Dñs nequaq̃ significat deũ, nisi deus ei adiungatur (in quo consistit Nazan. relatio) sed ego de natura et essentia dei per se, hic disputo, et nulli alij rei alligata: cui nullum prorsus nomen in tota scriptura reperies, prẽter unum quod potius ratio quædam rei q̃ nomen meo iudicio existimãdum est. Deus enim interroganti Moysi nomen suũ in. 3. ca. Exo. respõdit, Sum qui sum, iuxta. lxx. interpretes. Tametsi in hebrẽo sit, אהיה אשר אהיה. Ero qui ero, quæ temporũ mutatio me nihil mouet, quum utrũq̃ indicat æternitatem dei, et hebrẽi ipsi persæpe confundant uerborum tempora. Semper enim deus prẽsens est, nec preterito, nec futuro terminatus uel circumscriptus. Hoc itaq̃ nomen (ut dixi) est potius explicatio æternitatis dei, q̃ proprium nomen eius. Vnde deus non respondit Moysi, hoc est nomen meum, sed sum qui sum, uel ero qui ero, ut in hebrẽo est. Simile est huic quod legimus Osee prio. Voca nomen eius absq̃ misericordia. Nam q̃ hoc nomen explicatio sit

rei futurę, indicant ſequentia uerba, uidelicet: Non addam ultra miſereri domui Iſrael. Nec mi tũ ſi nomen non habet qui cognoſci non poteſt. Vnde Iob. de eo loquens. capi. xi. An ueſtigia dei cõprehendes, et uſq; ad perfectum, omnipotentem reperies. Excelſior cælo eſt, profundior inferno, et unde cognoſces, longior terra menſura eius, et latior mari. Et Eſa. cap. xlv. Vere tu es deus abſconditus, deus Iſrael ſaluator. Porro non me latet, alia multa nomina in ſcripturis attributa eſſe deo (quod et mihi obijci poteſt) quale eſt omnipotens et rex, uel gloriæ, uel ſeculorum, uel צבאות, uel potentiarum, et ſi qua ſũt alia. Sed ſciendum eſt hæc oia quotquot ſunt: non ad eſſentiam, ſed uel ad poteſtatem, uel diſpenſationem eius eſſe referenda, ſicut diuus Nazãn. erũditiſſime declarat in 2. lib. de filio dei. Hactenũs de domino. A quo, iuciũdiſſimo ſaltu tranſiliamus ad Ieſum. Ieſus autem omnes ueteres ſacri doctores, et etiam recentiores, tam græci q̃ latini, uno ore affirmant, nomen eſſe hebraicum, et ſignificare ſaluatorem. Quibus ſi quis conabitur cõtradicere, uel arrogans (certum ſcio) multis, uel ſtultus habebitur, his præſertim, qui nihil in eccleſia innouandum putãt, quod

quod pias possit offendere aures. Veruntamen æqui lectores (opinor) nec arrogantiæ, nec stultitiæ crimine eum condemnabunt: qui ueritatem in scripturis perscrutari et proferre in medium studet, modo ea quæ producuntur noua scripturę autoritate confirmentur. Sciendum est, igit hoc nomen Iesus, nusq̄ legi apud hebręos, nec in significatione saluatoris, nec alterius cuiuspiam rei. Et quod plus est, eorū linguam non habere tales nominum terminationes, quales sūt latinę in or, et græcę in ὴς ut σωτὴρ et saluator, nam talia exprimunt per participia. Cæterum habent יֵשַׁע iescha יְשׁוּעָה ieschua, יְשׁוּעָ teschua, quæ omnia non saluatorem, sed salutem significant, quam latini ut apparet, per saluatorem expresserunt: componentes ex Iesua (ni fallor) Iesum, secundum formationem suæ linguæ. Sed recte ne an pperam, omnibus qui hæc legent iudicandum relinquam. Nam si rem penitius intueri uoluerimus, magis indicat, exprimit, et extollit maiestatem Christi, nomen salus, q̄ saluator. Siqdem maiorē uim et emphasim habet: ut quum uolumus laudare aliquem ab insigni pietate et excellente. Dicimus eum non modo pium esse, sed ipsam etiam esse pietatem;

Hebręi loco verbaliū i tor et trix, vtuntur participijs.

lxx. et Hieronymo loco hain, gā ma ponere solent.

q̃uæ figura loquendi, longe accomodatior est deo, q̃ nominibus. Vnde Christus rectius uocatur salus hominum (sicut habetur in hebræo) q̃ saluator, quum reuera sit ipsa salus humani generis: ut pro cuius redemptione in cruce mori uoluerit. Sed quid opus est argumentis ad hoc probandum, quum Christus ipse, id quod dico, affirmet in euangelio, quum ait. Salus ex Iudeis est, loquens de seipso inter Iudæos et ex Iudæa nato, alludens proculdubio ad nomen suũ. Cui astipulatur et illud quod scribitur. lvj. cap. Esaiæ loquente deo. Facite iusticiam, quia iuxta est salus mea, ut ueniat et iustitia mea ut reuelet tur. Nam salus et iustitia necessario referenda sunt ad Christum. At hic miretur quispiam, et dixerit. Cur hebraicam linguam negas habere saluatorem: quum in latina translatiõe toties saluatorem legamus, ut. xiij. ca. Iob. loquentis de deo. Vias meas in conspectu eius arguam, et ipse erit saluator meus. Item. iiij. Reg. xiij. capi. Dedit dominus saluatorem Israeli. Vehementer gaudeo hanc obiectionem, tibi in mentem uenisse. Nam hinc clare disces, quantum distent inter se, haurire ex fonte et ex riuis. Et si enim ea uerba quæ tu produxisti latinus interpres sic

expressit,

expreſſit, et non male, quantum ad ſenſum, non tamen ita ſe habent in hebreo. Nam ꝑ ipſe erit ſaluator meus, ibi ſcribit הוא יהיה לי לישועה hu li liſchua .i. ipſe mihi ad ſalutem, ſicut idem interpres tranſtulit Exo.xv. Laus mea dominus et factus eſt mihi in ſalutem. Sed nec. lxx. habēt ſaluatorem, quorū uerba hæc ſunt καὶ οὗτος μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν .i. et hoc mihi cadet in ſalutem. Quarto autem regum pro ſaluatorem, eſt in hebræo משיח moſchia pro quo. lxx. ponunt σωτηρίαν .i. ſalutem. Q; ſi quis obijciet משיח moſchia oino ſignificare apud hebræos ſaluatorem, tanq̄ nomen uerbale, reſpōdeat is cur. lxx. tranſtulerunt ſalutem. Pręterea, ut dem hoc, lōge tamen diſtat משיח a Ieſu, de quo mihi inſtitutus eſt ſermo, ut omittam quod grāmatici tradūt משיח participiū eſſe ישע a nomine יש , ſaluantem non ſaluatorem ſignificans. ut Pſal. vij. Qui ſaluos facit rectos corde. Nam ibi ponitur משיח pro quo. lxx. trāſtulerunt τοῦ σώζοντας τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. .i. qui ſaluos facis rectos corde. Vbicūq; igitur in ſcriptura latina reperitur ſaluator, ibi in hebraica, eſt ſalus uel ſaluans uel ad ſalutem. Porro nulla ratiōe defendi poteſt, ſaluatorem eſſe apud

hebræos a quo Iesu nomen deductum sit. nisi secundum eam figuram, qua utũtur. lxx. interpretes, quum pro iudice ponunt tribunal, et hebræi ipsi seruum pro seruitute. Nam ubi nostra translatio habet, et recte, in Exodo. Ego liberaui uos ab Aegipto, et a domo seruitutis, hebrei habent a domo seruorum et. lxx. ἐξ οἰκίας τῆς δουλείας a domo seruitutis. Preterea qui obseruare uolet, inueniet ꝙ ubicũq; ponitur in psal. Deus salutaris meus, uel a deo salutari meo, secundum. lxx. ibi longe melius quadrabit sensui, salus mea, uel salute mea. Vnde manifestum est lxx. longe peius transtulisse σωτήριον q̃ latinos saluatorem. Illud enim minus apertũ, et minus congruum est q̃ hoc. Græca enim lingua, immo neclatina admittit, ut dicam salutarem meũ, ꝙ saluatore meo, uel salute mea. Neq; hac in re. lxx ipsi sibi consentiunt: nam in quibusdam locis, recte ponunt salutem, ut Psal. l. Libera me de sanguinibus, deus deus salutis meę, ubi ponũt σωτηρίας. Item psal. ʒ. Multi dicunt animę meę non est salus ipsi in deo eius. Nam et hic habent σωτηρία. Item psal. xxvj. Dñs illuminatio mea, et salus mea, hic posuerunt σωτήρ. i. saluator, melius q̃ salutaris, et latinus interpres pro saluator,

posuit

posuit salus, rectius q̃.lxx. (q̃uis insciẽs potius q̃ prudens) nam ita habet hebraica ueritas. Ve rumtamen ij.lxx.ubiq; posuissent σωτὴς.i.salua tor,loco σωτήριον.i.salutaris,longe minus errassent. Nam σωτὴς græce,proprie dicitur ille,qui dat salutem,quod et Marcus Cicero notat. Vnde gentiles uocarunt suum Iouem Δία σώτηρα.i.autorem et datorem salutis. Atqui satis mirari non possum quid mouit.lxx. ut i paucis locis, transterrent recte, et in plurimis non bene, præsertim quũ apud hebreos ישועה uel ישועות non modo salutem simpliciter, uerũetiam cũ ו interposita, perfectã salutem significet, quę in solum deũ cadit. Sane hinc apparet, lxx. abusos esse uocabulis,etiã in his quę diuinã dei maiestatem tangũt, sicut faciũt in supradicto. xxvj. psal. ponentes φωτισμόν pro φῶς.i. illuminatio, pro luce. Est enim in hebræo: Dominus lux mea, sicut Christus de se ipso dicit in euangelio. Ego sum lux mundi. Et Io. Erat lux uera illuminãs omnem hominem. &c. Nec hoc dico ut carpam illos.lxx interpretes, quos nonnulli inflatos spũ sancto, omnia sua transtulisse existimarunt (quorum autoritati et ego plurimum tribuo) sed ut ueritas pateat, et habeat locum in hac re, non omnino aspernanda

ישועה
vtramq; salutem denotat, animę.s.et corporis.

aſpernanda. Eſt igitur caute legenda. lxx. interpretũ tranſlatio, nec plus tribuendum illis cellis, et alijs, quæ pietas nimis religioſa (iuxta diui Hierony. ſententiã) illis tribuit, q̃ ut credamus eos, homines fuiſſe, et ob id errare potuiſſe, et reuera erraſſe, non ſolum in his quæ ſupradixi, ſed ſexcentis alijs, in quibus et uerba et ſenſum ſcripturæ corrumpũt: quorũ per pauca in prẽſentia in medium producam, ut ex ungue Leonem (quod dici ſolet) cognoſcatis. In. lxix. ca. Gene. ita ſcriptũ legimus, loquẽte Iacob. In cœtu illorũ non letabit gloria mea. lxx. tranſtulerũt ἐν συναγωγαῖς αὐτῶν μὴ ἐπιστήσαι ἡ πατάμου. i. in cõgregatione illorũ non innitent epata mea. Dic quæſo quæ affinitas epati cũ gloria, quantũ ad ſenſum. Profecto nulla. Audi ergo ueritatem et manifeſtam cauſam erroris. Literę conſonãtes apud hebręos habent ſuas ſignificantias ſecundum apices uel punctula, quę ipſis ſupponũtur, uocaliũ locum obtinentia כָּבוֹד cauod aũt eis gloria eſt, כָּבֵד caued uero epar. Eſt igitur manifeſtum, illos in hũc errorem incidiſſe, ꝓpter ſimilitudinem literarũ uariam, eo quo dixi modo ſignificantiũ. Cõſimile eſt huic, quod in Iona ꝓpheta ponũt עֶבֶד heued pro עָבַד hifri, i. ſeruus.

Iuſtinus martyr narrat ſe vidiſſe cellularũ veſtigia, et i illi⁹ rei teſtimoniũ, Ioſephũ quoq; citat ac Ariſteam, qui tamen nihil tale referunt.

Vna et eadem dictio apd hebręos diuerſas habet voces et intelligentias.

Pro he-

Pro Hebræo, decepti ſimilitudine literarum. ubi addunt dei, quod non eſt in hebręo, nec ratio id admittit, ad complendum conficțum ſenſum. Et hoc eſt quod diuus Hieronymus notat lxx. ſepe fuiſſe deceptos huiuſcemodi ſimilitudine literarum, qui error prōculdubio illis diebus quum punctula uocalium non dum eſſent reperta, quæ nunc in uſu habentur, difficillime euitari potuit. Quo factū eſt ut etiā diuus Hieronymus ipſe, in eundem errorem quem notat in. lxx. non ſemel inciderit. Quod autem poſuerunt innitentur pro letabitur, taxare omittam, quia hic error eſt eis familiaris per totam ſcripturam ueterem, ut modo ignorent ueram ſignificationem uocabulorum, modo ponāt aliquid de ſuo, quod remotiſſimum ſit ab hebraica ueritate, modo confingant aliquid, quod tametſi non ſit a ratione alienum, longe tamen diſtat a ueritate ſcripturæ. ut quum ponūt. xiiij. Exo. tranſijt nox, pro obſcurans noctem, et quinta generatione, pro armati, quod et diuus Hieronymus notat. Et pſalmo. lvij. Neſcio quo ſpiritu ducti, manus ponunt pro pedibus. Nam quod nos legimus manus ſuas lauabunt in ſanguine peccatoris, in hebræo eſt, pedes ſuos, et

Lxx. ſępe falſi ſūt literaȝ ſimilitudine, et ob id nō imerito a Hierony. haud infrequēter ſūt taxati.

pſalmo. xxxiiij. affirmatiuam particulam quidem ponunt pro non negatiua. Nam ꝙ ibi latine ſcribitur iuxta interprætationem. lxx. Quoniam mihi pacifice loquebantur, plane contrarium eſt illis quæ ſunt in hebræo, Vbi legimus quoniam non pacifice mihi loquebantur, et ita eſſe legendum ſequentia uerba manifeſtiſſime declarãt, uidelicet, et in iracundia dolos cogitabant, et mirum eſt, hunc errorem tot annis inualuiſſe in latinis codicibus. Nec a quoq̃, quod ſciam fuiſſe deprehenſum, quum uitio ſctiptoris (quod in. lxx. interpretum defentionem dictum eſſe uolo) accidiſſe credibile ſit. Nam ſi μὲν. i. quidem uertatur in μὴ. i. non, omnia conſonant cum hebraica ueritate et ratione ſcripturæ. Et hic locus eſt unus ex alijs multis, qui declarat illa cõmentaria in pſalterium, quæ diui Hieronymi nomine circumferũtur, ipſius non eſſe, q̃uis multa et bona et erudita in eis contineantur. Is enim quicumq; fuit, interpretatur hunc locum iuxta tranſlationem. lxx. et ob id male, quod diuus Hieronymus lingue hebraicæ egregie peritus, et in ſcripturis exercitatiſſimus minime feciſſet. Item pſal. xxxvj. peruertunt omnia et tollunt nobis magnum myſteri-

um,

um, transferentes inhabita terram, et pasceris in delitijs eius, pro eo quod est in hebræo, inhabita terram et pasce ueritatem, ubi, et, ante pasce, simile est, et, leuabat Abrahã oculos. &c. Iuxta Dauid Kamchi in cõmẽtarijs. Qz autem uox hebraica אמונה quę ibi ponit, ueritatẽ significet et nõ delitias, pbabo apperte ipsos. lxx. autoritate, qui pro eo quod est in hebræo et latino. Psalmo. xxxix. Non abscõdi in corde meo ueritatem tuam, ponunt οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου τὴν ἀλήθειαν σου. Et aliam nullã significationem habet preter fidem quæ longe abest a diuitijs. Ad hæc, ridiculum est, quod secundum eorum translationem, legitur psalmo. lxxj erit firmamẽtum in terra in summis montium. Nam in hebręo pro firmamentum, ponitur frumentum, uel placenta frumenti, pro quo. lxx. habent. στήγμα Lyra autem huius loci mentionem faciens, dicit latinum codicem corruptum esse, et firmamentum pro frumento scriptum. sed hoc longe abest a ueritate, quia sicut habentur in. lxx. Ita est in latino codice, firmamentũ uidelicet pro στήγμα. Vnde hic error transferendus est in. lxx. et non in latinum codicem uel interpretem. cui cõsimile est quod ponunt

) Vaf qñq; redũdat et inceptiua tantum est particula.

in psal. 87. Aut medici suscitabunt, pro mortui surgent, decepti ambiguitate uocabuli, nam רפאים medicos uel potius medicantes significat, רפאים uero mortuos. Preterea interdū obscurant omnia, dū malunt uti idiomate hebræo alijs obscuro, q̄ aperte loqui græce in quam linguam transtulerunt. ut quum ponūt in psalmo. unam petij a domino et hanc requiram, et. vij. eccle. unam ad unam ut inuenirem rationem, quam adhuc quesiuit anima mea. Nam in his locis in hebræo est, unum et hoc, et unum ad unū. Quia hebrei non habentes neutrum genus illud exprimunt per fœmininum. et psalmo. xxxix. Holocaustum et pro peccato non postulasti, in his uerbis sensus est nullus, quia cōiunctio et, est super uacua, sciendum igitur in hebræo esse. Holocaustum et peccatū non postulasti, ubi peccatum accipitur pro oblatione facta pro peccato, sicut et delictum accipiter pro oblatione facta pro delicto, ut frequētur legimus in leuitico ubi. lxx. ponunt pro peccato θυσίαν uel προσφορὰν περὶ τῆς ἁμαρτίας. i. sacrificium uel oblationem pro peccato, et sic in hoc quoque psalterij uersiculo legendum est, si uolumus uindicare. lxx. ab errore, et potius ascribere

ſcribere, errorem corrupto codici q̃ ipſis. Sic, holocauſtum et oblationem pro peccato non poſtulaſti, uel holocauſtum et peccatum non poſtulaſti. Ita ut peccatum accipiatur. ut ante dixi, pro oblatione facta pro peccato, ſicut legimus in Eſaia, quũ ait, ſacerdotes cõmedẽt peccata populi mei. hoc modo, et Chriſtum peccatũ dictum eſſe opinor, propterea q̃ pro peccatis noſtris in cruce fuit imolatus, ſed nec hoc pretermittendum eſt, q̃ peccatum hebraicæ ſignificat etiam expiationem. Et. vj. cap. leuitici ponunt inuenit perditionem, pro inuenit rem perditam, noua ſcilicet eloquentia, et interdum peruertunt ipſa prȩcepta dei, ut. xx. ca. eiuſdem leuitici, tranſferentes ſponſam pro nuru, nam ubi noſtra tranſlatio habet, Si quis dormierit cum nuru ſua uterq̃ moriatur, ibi illi ponunt, Si quis dormierit cum ſponſa ſua, quod eſt cõtra mentem et præceptum dei. Sed hoc non eſt ſilentio pretermittendum, q̃ manifeſto uſi ſint barbariſmo, quum ponunt epata numero plurali pro gloria numeri ſingularis, et innitentur pro letabitur, qui error manifeſtior eſt, q̃ cui poſſit cõtradici כבדי enim numero ſingulari legit in Hebræo, et ſi pluralis eſſet, dicendum

esset וַיִּשְׂמַח Mirũ est illos hoc i loco lapsos esse in uerbo שָׂמַח techad, quod in hebreo est ꝙ letabitur, quum in alijs scripture locis, illud recte expresserunt. Nam Exo. xiiij. ubi legitur, letatus est iethro super omnibus his, ubi in Hebræo est hoc uerbum חָדָה chadha, transtulerunt ἠχάρη uehemẽter letatus est, et preletitia fuit extra se. Et psalmo. 21. letificabis eum in gaudio ibi ponunt pro תְּשַׂמְּחֵהוּ techaddehu, εὐφρανεῖς αὐτον. i. letificabis eum et recte, quia hoc uerbũ nusq̃ legit in alia significatione, hic ergo suo iugulant gladio. Q; autẽ ignorauerũt significationes uocabulorum, ultra illa quæ supra dixi, etiam hoc manifeste indicat, ꝙ quædam uerba hebraica reliquerunt in sacris libris non translata ut. 12. ca. Re. libro. iiij. ubi dicunt τὸ κίσλεκ τοῦ οἴκου κατέσουσι. i. fissuras uel rimas domus continebunt, relinquentes hãc uocem hebraicam בֶּדֶק bedek græcis literis scriptam, inexplicatam. quod mirum est, quum ea uox sit hebræis trita. Ibi nostra trãslatio interpretans illum locum errat insigniter, ponens pro bedek. i. fissura uel rima. sarta tecta domus, quum sarta tecta significent plane contrarium, hoc est quæ nullam habent rimam uel fissurã,

sed

ſed tam bene ſunt compacta et inſtaurata, ut cuiuis cõducere uolenti publice locari poſſint. Si hæc nota fuiſſent diuo Aug. quũ ſcriberet id quod ſcripſit de. lxx. iterpretibus in. li. ij. de doctrina Chriſtiana, cautius procul dubio de eis ſcripſiſſet, q̃ ſcripſit. Sed ei ignoſcendum eſt, quia hebraicam linguam non nouit, et græcam non niſi mediocriter: quo factum eſt ut non potuerit hæc perueſtigare et bene examinare, q̃uis in eo loco a Hierony. doctus, diſputet in utrãq; partem. Ita ut ſignificet illos potuiſſe habere, et non habere. Nam Hierony. in epiſtola de Optimo genere interpretandi tradit, apoſtolos ſecutos fuiſſe. lxx. interpretationem, in his dumtaxat in quibus non diſſenſerunt ab hebraica ueritate. Q̃z ſi quis omnibus his refragantibus uolet contendere. lxx. omnino ſpiritũ ſanctum habuiſſe. Ego ei reſpondebo, illos non aliter eũ habuiſſe, q̃ regem Saulem, qui 2. lib. Reg. ſic de ſe ipſo loquitur. Spiritus quidem domini erat in me, ſed receſſit a me. Hoc modo fortaſſe habuerunt. lxx. ſpiritum ſanctum, modo preſentem modo recedentem, ſed nunq̃ permanentem. Non eſt enim eiuſdem ſpiritus uera interpretari, et quedam myſteria aperire (de quibus

Auguſtin⁹ hebraicæ lingue ignarus fuit, imo illius peritiã ſe poſſe conſequi minime ſperabat, et ob id. lxx. addictior.

iam

iam iam dicturus sum) et manifeste errare, et a ueritate scripturę longe recedere, et ea interdum addere, quæ nihil prorsus ad rem pertinent. Verumtamen, ut omnes intelligant me et bene et pie sentire, de his. lxx. interpretibus, dicam quod in illis laudandum et suspiciendum uideo. In quibusdam locis uerius et melius explicant et sensum et uerba, q̄ latinus interpres (sicut et is in q̄ plurimis melius q̄ illi). Interdum etiā omissis uerbis mysticū dant nobis intellectū, ut ca. 34. Exo. Moyses ignorabat ꝙ cornuta esset facies sua, sic habet noſtra translatio, ꝙ eo quod est in hebræo קָרַן עוֹר פָּנָיו ꝙ luxit cutis faciei sue. Lxx. uero pro his posuerunt, ꝙ aspectus cutis uel coloris faciei sue erat glorificatus. Item ubi legimus frequēter in Leuitico. Hostiā pacificam, ibi. lxx. ponunt. Hostiam salutarem, significantes eam hostiam quæ offertur deo, ab hominibus ad salutem impetrādam, quę שְׁלָמִים schalom. i. pax ab hebræis uocatur. Vnde illud tam tritum in scriptura, tam noua q̄ ueteri. Pax uobis. Item Psal. 40. ubi in hebræo habetur בִּמְגִלַּת סֵפֶר כָּתוּב עָלָי bimgillath sepher cathuf halai. i. in uolumine libri scripti super me, ibi illi uerterunt, in capite uel capitulo libri

(hoc est

(hoc est enim κεφαλίδι) explanantes nobis etiam autoritate ueteris testamenti, Christum filium dei creatorem fuisse cæli et terræ, qui de se ipso loquitur, hæc.s. In capite libri scriptum est de me.i. in principio Geneseos. Qz autem in hebræo sit.uolumine,parum uel nihil detrahit mystico sensui de Christo. Nam uoluminis nomine hebrei intelligunt quinq; libros Moysaicos. quos usq; in hodiernum diem inuolutos membranis, adorant in suis synagogis singulis diebus sabbati, sicut nos sacram eucharistiam.Nisi si quis ad defendendum mysterium dicet illud מְגִלַּת meghilla apud hebræos non solum uolumen posse significare a uerbo גָּלַל galal.i. uoluit, sed etiam apertionem a גָּלָה gala .i. aperuit uel reuelauit. Vnde psalmo. 119. illud,reuela domino uiam tuam, aliqui exponũt aperi domino uiam tuam, ut sit sensus. In apertione libri scriptum est de me. id est statim in initio Geneseos, hic sensus adeo placuit quibusdam latinorum, ut affirmarent in hebræo haberi in filio creauit deus cælum et terram,quã opinionem diuus Hieronymus recte refellit, docens secundum sensum, sed non secundum

uerbi ſignificationem de Chriſto accipi poſſe. Non eſt enī ibi ב beuen in filio, ſed בראשית bereſchith .i. in principio. Et quod legitur in noſtra trāſlatione, non auferetur ſceptrū de iuda, et dux de fœmore eius donec uenerit, q̄ mit tēdus eſt. lxx. tranſtulerunt, donec uenerit cui repoſita ſunt, ſcilicet ſceptrū et ducatus, longe melius q̄ nr̄ interpres he et cheth ſilitudine decept⁹, et ad ſenſū et ad myſteriū, de xp̄o meſſia, quia in hebræo mittēdus non eſt, nec eor̄ lingua habet talia participia futurum tempus indicantia, ſed puram ueritatem huius loci explicat Origenes in geneſim, quum ait ſe reperiſſe in hoc loco uariam ſcripturam ī codicibus, uno habente repoſita ſunt, altero repoſitum eſt, ut ad ſolum ſceptrum referatur, et ita eſt in hebreo quia illa uox ſchilo quod in hebræo eſt, non poteſt ullo modo pluralis eſſe numeri, unde Onkelus, chaldaicus paraphraſtes ī quinq̄ libros Moyſi, cui, non minorem fidem adhibent hebrei, q̄ ipſi ſcripturæ, dicit שלה ibi ſignificare, משיחא quod nec ipſum a myſterio noſtro, de Chriſto eſt alienum. Quod quidem myſteriū, etiam illa quæ in eodem loco in hebræo legun-

tur ualde

passiui preteriti et futuri tēporis participijs carēt hebræi.

Schilo. i. fili⁹ eius, ſecundum Onkelū ſyrū ſignificat meſſiā.

tur ualde confirmant. Non enim legitur in hebræo et ipse expectatio gentium, sicut transtulerunt. 70. sed ו֯ק֯ו֯ה֯ יִ֯ל֯ uelo ijkkehath hammim et ipsi erit congregatio populorum. i. ipsi Christo cōgregabūtur et obedient oēs gentes et ad eū cōuertentur. sed non est in. 70. mirandum, q̄ mutarunt numerum a singulari in plurale, quia hoc est consuetum eis per totam scripturam. Sed ne quid pretermittamus quod dici possit in honorem. 70. interpretum, faciamus etiam mentionem de his in quibus secundum aliquos, modo Christus ipse, modo apostoli illorum translatione utuntur, etiam cōtra hebraicam ueritatem, et diligenter inquiramus an hoc ita sit. Proponemus igitur duos locos unum ex euangelio loquente Christo, alterum ex apostolis. Primus est ille, ubi dicit Christus. Ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem, sicut transtulerunt. 70. licet sit in hebræo עֹז יִסַּדְתָּ ijssadhta hoz fūdasti fortitudinē. Alter est ex epistola Pauli ad hebræos, ubi sic loquitur. Minuisti eum paulominus ab angelis, sic enim citat diuus Paulus sequens. 70. q̄uis in hebrēo illa uox ו֯ק֯ו֯ה֯ elohim potest nō mi-

nus deū q̄ angelos ſignificare, unde diuus Hieronymus egre in hoc loco conſentit cum Paulo affirmans eſſe in hebræo, deo et non angelis. Sciendum eſt igitur in. 70. legi ἀπηρτίσω αἶνον .i. eſt perfeciſti laudem, ut latinus interpres trāſtulit, et reuera αἶνος ſignificat laudem. Sed ſi quis mutet accētum ab αἶνον in αἰνὸν quod ualidum ſignificat, tunc idem erit quod eſt in hebræo עז hoz, illud autem uerbum ἀπηρτίσω non proprie ſignificat perficio ſed apto, et apta re poteſt recte dici fundare, quia fundare nihil aliud eſt q̄ bene aptare et alterū cum altero cōponere. et hoc modo nulla erit diſcrepantia inter Chriſtum. 70. et hebraicam ueritatem. Et procul dubio ita eſt legendum, et codex. 70. ita emendandus, ut illi potius ad Chriſtum, qui ſemp hebraicæ eſt locutus, et non grece, q̄ Chriſtus ad ipſos trahendus ſit, et hoc uerum eſſe comprobabitur, ſiue quis literalem ſenſum ſiue myſticum reſpicere uolet. In altero uero loco uox eſt ambigua, et poteſt ſignificare et angelos ſicut tranſtulerunt. 70. et deum, ſicut diuus Hieronymus affirmat. Qui hoc in loco uel memoria uel ignorantia lapſus, non perpendit, q̄

elohim

אלהים elohím apud hebræos, non ſolũ deum ſignificet, ſed etiam angelos et iudices, quod alibi ille ipſe quãtum ad angelos pertinet, obſeruauit iuxta aquilæ interpretationem ſexto cap. Gene. in annotationibus in Geneſim. Ad extremum aliquid dicendum eſt, de his quæ. 70. addiderunt de ſuo hebraice ueritati, propter opinionem illorum qui tradiderunt. 70. duabus de cauſis quædam addidiſſe, una propter decorem ſermonis, altera propter ſpiritum ſanctum quem habebant. De his remitto lectorem ad meas annotationes in Iob, quas ſcripſi collatis 70. et noſtra tranſlatione cum hebraica ueritate, uix omittens uerbum in quo non explicauerim diſſonantiam. Ideo autem illuc uos remitto, ꝙ ibi. 70. adijciant quæ dam uerba tam pia, tam tempori q̃ perſonis conuenientia, ut nulla pia auris poſſit ea reijcere et negare, quin ex alíquo bono proceſſerint ſpiritu. Quale eſt illud ca. primo, ſicut domino placuit ita factum eſt. In hoc uices. 70. interpretum ualde ſunt dolendæ, ꝙ libri illorum quos in manibus habemus ſint corruptiſſimi, quod propterea moneo, ne quis ipſis imputet librariorum et formulariorũ

 culpam,

culpam, quæ passim est manifesta his qui græce intelligunt. Nam infiniti sunt errores ex literarum inuersione, ut quum ponunt τόπος pro ποτός. i. locus pro conuiuiũ, quę oĩa, et alia longe maiora possent facile restitui ab his, qui hebraicę et græce sunt periti, adhibita tali quam res postulat diligentia, q̃uis illud sit impossibile quod olim Picus princeps Mirandulensis pollicitus est, cõcordare. 70. interpretes cum hebraica ueritate. Distant enim hæc non minus ex diametro, q̃ ueritas et mendatium in infinitis. Sed tempus est, ut ad Christi nomen accedamus, Christus igitur unctus dicitur a græco uerbo χρίω. i. ungo. et ob id regem etiam significat, quia reges antiquitus oleo sancto ungebantur, et per illud deo consecrabantur, et ea de causa, nefas erat manus uiolentas eis inferre. unde Dauid uti legimus primo regum, quum potuisset occidere Saul regem, capitalem inimicum suum, dixit se nolle extendere manum suam in Christum domini, ubi extendere manum iuxta idioma hebraicum, interficere significat. Ac Dauid paulo post ostendit. quanto honore prosequebatur regem etiam inimicũ. quum

ad iuue-

ad iuuenem Amalechitam, qui narrauerat se occidisse Saul spe magni premij, his uerbis utitur, sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum, locutum est aduersum te dicens, ego interfeci Christū domini, quibus auditis iussit Amalechitam occidi. Vnde est illud inscriptura, noli tangere Christos meos, quod nonnulli referūt etiam ad sacerdotes, nam et hi ungebantur in lege ueteri et per hoc deo consecrabantur, id qđ 70, interpretes uidentur declarare, quum pro eo, quod est in hebræo sacerdos unctus. semp ponunt ἱερεῦσ πτελειωμένοσ .i. sacerdos consecratus. Inter כהן משיח autem et ישוע .i. Christū et Iesum, hoc differentie est, q כהן משיח .i. Christus commune nomen dignitatis est, ישוע .i. Iesus uero proprium uocabulū saluatoris, unde precepit suis apostolis ut in. xvj. cap. Mat. legimus, ne se predicarent Iesum Christū. Noluit enim ante passionem et resurrectionem saluator predicari, ut completo postea sanguinis sacramento (ut Origenes et diuus Hieronym⁹ interpretantur) apostolis oportunius diceret, euntes docete omnes gentes. Non potuit enim ante eius maiestas in uulgus diuulgari, quem

post

post paululum flagellatum et crucifixum uiſu-
ri erant, et multa pati a ſenioribus ſcri-
bis et principibus ſacerdotum.

Explicit præfatio.

بسم الله الرحمن الرحيم

والسلام